

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri  
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.  
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.  
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani <sup>sup</sup> obitum Rudolfi Imperatoris  
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.  
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini  
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.  
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua  
 vestam iheresum M. Petri a Fera.  
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius  
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.  
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni  
 Cremeri.  
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-  
 pi Anhaltino sponte scripta.  
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-  
 tino scripta a Collegis schole Serventare.  
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-  
 haltini Abrahami Cremeri.  
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.  
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.  
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam  
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.  
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.  
 XVII. Abrahami Vbuci Diagraphe Laboris  
 Scholastici.  
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio  
 imposita.  
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-  
 derici Widebrani.  
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.  
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.  
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.  
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri  
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobernis Copperij  
 post Magisterij eutum pronunciata.  
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisie Servente  
 ne Daniellis Berckingeri.  
 XXIV. Desortatio a Latennijs.  
 XXV. Germania ad Principem epistola At:  
 Martino Praetori.  
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.  
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.  
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-  
 meri.  
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli  
 Italo-Saxonis.  
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-  
 nis Ernesti Wulstorfii.  
 XXXI. Etiam  
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen  
 XXXIII. Iohannis Cremeri.  
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin  
 ni Gelani.  
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida  
 Christophori Heroldi.  
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi  
 4. V. D.  
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo  
 Nicolai Maij.

*38 XL.*

*an 38*

CARMINA EPITHALAMIA

*Pro auspicio matrimonio*

CLARISS. ET EXPERI-  
ENTISS. VIRI DN. MARTINI KOP.  
PEN MEDICINÆ D. ET REIPUB. IN VETERI  
urbe Magdeburgensi Physici & Me-  
dici ordinarij SPONSI

*Inito*

*cum*

LECTISSIMA ET PVDI-  
CISSIMA VIRGINE URSULA, QUON-  
DAM MAGNIFICI ET AMPLISSIONI VIRI DN.  
Laurentij Bidermannij JC. & Illustrissimorum  
PPRR. Anhaltinorum Cancellarij lauda-  
tissimi P. M. relicta Filia

*SPONSA*

*Servestæ prid. Cal. Septembris.*

*ANNO M. DC. VII.*

*Ab amicis conscripta.*

*— 38 —*

*8*

MARPURGI CATTORUM

*Typis Rodolphi Hutzvelckeri.*

*35.*



СДРЯДА ЕПИФАНИЯ

СВЯТОГО ПАПЫ

СОЛЯНА ЕКСПЕРИ

СВЯТОГО МАРИИ МАГДАЛИНЫ

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

ЛЮБОВИ АМУЗАТОРІ

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МАРИИ МАГДАЛИНЫ

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО

СВЯТОГО МИХАИЛА БЛАГОВЕЩЕНСКОГО

СВЯТОГО ГРИГОРИЯ ПАЛАМОНА

**RODOLPHVS  
GOCLENIUS ANTE  
CESSOR LIBERALIUM ARTIUM ET  
nunc temporis Decanus in Academia  
Marpurgensi.**

**IN HONOREM CLA  
RISSIMI ET EXCELLENTISSIMI VI  
ri Doctoris Martini Coppenij & Sponsæ  
ejus lectissimæ.**

**F**ervidus ille CANIS rapido desævijt æstu,  
Desuper & nobis lenior aura venit.  
Sed simul ò SANCTUM SPONSIS SPIRABILE NUMEN,  
Fax casti ardoris, mitior aura fave.  
**COPPENII** amplexus sitit VRSULA, rursus & hujus  
Ille: duos (benè habet) Spiritus intus agit.  
Bella gerant alij, quibus est bellare voluptas,  
Pro bellis sponsæ HIC bella labella capit.  
Certatim HÆC sposo suavissima basia reddit:  
Opas quam felix, quam benè compositum!  
Arcta fides his una, reciproca flamma, cor unum,  
Velle duobus idem, nolle duobus idem;  
Quam lentè aeriam vitis complectitur ulmum,  
Quamq; arctis hærent claviculis hederae;  
Tam duo carne una firmis compagibus hærent:  
O quam TRINVN copula grata DEO!  
Fiat anus nec fiat ævus: sposo augeat annos  
Sæpè parens pulcris VRSULA filiolis.

Cœlitus (O voto Deus annuat ipsus) uterq;  
OMNIA, quæ felix vita requirit, habe.  
Et tu sponsæ, cui medearis, semper habe ægram.  
Tunc male habet medicus; cum male nullus habet  
Pharmacon illa tuum facilisq; volensq; capesset,  
Et dictum factum sana erit illa, V A X E

---

## ALIVD.

M Irum, cum reliquos possit Medicina dolores  
Tollere, & affectus animi lenire malignos,  
Sicq; melancholicis alios inducere vultus,  
Non tamen à Veneris tutum servare calore,  
Nec proprium Medicus Panacea h̄ic tollere morbum  
Exemplum est illustre recens COPPENIVS, artis  
Pæoniæ præses, qua se dilatat ad Albim  
Vrbs antiqua, potens opibus belloq. superba  
PARTHENOPYRGA, in qua quem nunc gravis ustulat ignis,  
Virginis aspectu primo mox concipit æstum:  
Antidoton querit, non invenit, illa vicissim  
Vritur atq; urit gravius, cum tempore forsitan  
Venisset medium, si non & forma decusq;  
Virgineum, & gravitas juvenili in corpore præsens  
Transversum Medicum rapuissent. Quin ego sponte  
Desino mirari monitus bene Codice sacro,  
Qui fortem esse docet vim mortis, amoris candem,  
Contra vim mortis non est medicamen in hortis,  
Sic contra Veneris non est medicamen in herbis,  
Et licet innumeris quis polleat artibus, ægræ  
SERVESTANARUM vix declinabit amorem,  
Illæ non solo aspectu medicantur amori  
Moribus, ingenio, forma, virtute politæ:  
E quarum medio primaria dicitur una,

Quam

Quam Deus in longos cum Sponso sospites annos,  
Et pulchrā faciat post annum prole PARENTES.

In inclita Mauritiana deproperabam

Julius Etzlerus.

## COLLOQUIVM SPONSI ET SPONSAE.

- Vrsula cœlabis quousq; Cupidinis ignes, Sponsus  
Cur lateat tacitā sub face verus amor?  
Ante tuæ veniat quam pallida ruga senectæ,  
Me redama & socij gaudia carpe tori.  
Ut rosa quæ sensim fit marcida pollice carpta, Sponsa.  
In proprio residens stipite pulchra nitet:  
Sic mihi virginitas ad canos salva manebit,  
Corpore quæ nitcat ceu rosa pulchra meo.  
Colligere est melius gravidis de vitibus uvas, Sponsus.  
Promere quam spinam germina nulla feram,  
Sic est spina toro virgo quæ cœlibe gaudet,  
Conjugij palmas vinea sancta parit.  
Virginitas sequitur cœlestes innuba mentes, Sponsa.  
Ergo nec hac homini gloria major inest.  
Virginitas mons est sublimis in æthere pendens, Sponsus.  
Angelus hunc casta scandere mente monet,  
Quæq; videt se non potuisse ascendere rupem,  
Hæc recubet socio virgo quieta toro.  
Sarcina conjugium gravis est durumq; capistrum, Sponsa.  
Proptetea juris vivere malo mei.  
Non est serva viri mulier, sed splendida regis Sponsus.  
Regina in thalamo, quem sacra Iuno beat:  
Rex ero, tu regina mihi, non serva, geremus  
Ex æquo nostræ regia seeptra domus.  
Mille trahit secum fletus, incommoda mille Sponsa.  
Hinc orbus natis degener inde torus.

A 3

Mille

Mille trahit secum risus & commoda mille  
Hinc uber natis congener inde torus,  
Absit ab incertis infaustum casibus omen,  
Multā, dante Deo, prole beatus ero:  
Si tibi felle Deus mel temperet, ecce Marito  
Cum pare mista malis gaudia quæq; feres.  
Non renuam ulterius socialia vincula sponsæ,  
Cum stipent castum commoda tanta torum.  
Sint aliæ steriles, quærant sibi præmia carne  
Virginis, hei stimulat pectora cæca Venus,  
Doctor amate tibi felici sidere nubo,  
Inq; fidem collo brachia necto tuo.  
O benè rem gestam tibi gratulor, ante severa  
Venit in amplexus sponsæ puerilla tuos,  
Illa tibi risus ciet, oblectamina mille,  
Mille voluptates, gaudia mille feret.  
Dulcibus augebit quando pomaria plantis,  
Quæ tristem possint exhilarare patrem.

M. Carolus Sachsius.

*Ad Sponsum.*

M. GREGORII SCHONFELDII JU-  
nioris Epigramma.

Dives opum virgo, præstanti corpore nymphæ  
Ingreditur thalamos, DOCTOR, amata tuos.  
Moribus, ingenio PIA, nî cognominis omen  
Fallat, in amplexus, SPONSE, puella venit,  
Magnum est si qua venit dotata ac corpore culto:  
At majus comite est si PIETATE venit.  
Isthæc interitura bona: ast hæc unica virtus  
Felicem reddit non moritura domum,  
Ergo manus extende tuas, SPONSE, excipe SPONSAM,  
Et castè misce suavia suaviola.  
Alitibus thalamum dextris pete, non tibi Erynnis,  
Non infernalis gaudia turbet Eris.

Vtq;

Vtq; toro tecum PIETAS LUSURA recumbit,  
Sic eadem pietas excubet ante torum.  
Quis neget? hacce domus solâ stat fixa columnâ:  
Hac labente ruit non bene firma domus.

## ALIVD.

C Onjugium sacer ordo Dei est, sacer omnibus ergo;  
Ergo torum grande est commaculare nefas.  
Ipse statum hunc CHRISTUS tanti reputavit ,ob istum  
Miracli ut præsens ederet hospes opus.  
Cana mihi testis Galileæ, ubi largiter haustas  
De puteo in vini munera vertit aquas.  
Vtq; Evam Deus Adamo conjungit in horto  
Edenis, propriam connubioq; dicat.  
Sic noli dubitare, meam quin, Sponsæ, sororem  
Nunc idem sociam donet habere tibi.  
Tam vacui quis nunc cerebri sit, ut hosce calores  
Non tibi gratetur menteq; & ore sacros.  
Quare opus & nostrum est Sponso sponsæq; precari  
Omine quæq; novis prosperiora bono,  
Magne Deus thalami socialis fautor & autor,  
Qui nuptis gaudes pronubus esse pijs,  
Sponsorum clemens fortuna incepta novorum  
Atq; horum factis auxiliator ades  
Des his jucundum, bene fœcundumq; cubile,  
Omnia & in vitâ mellis ad instar eant.  
Copulet arctè animos pax inconcussa duorum,  
Absit ab æde malum, turpis & absit ERIS.  
Hæc animi sunt vota mei, sed plura petitis  
His decies addas, optime IOVA, meis.

Laurentius Bidermannus VVitte-  
bergensis Sponsæ frater.

AN A-

ANAGRAMMA  
URSULA.  
LVSVRA.

CVM sponso LUSURA tuo ad sis ursula sponsa,  
En torus, hunc scandens Ursula tolle pedem,  
LUDITE par impar, est vester LUSUS honestus,  
Ex LUSU lucrum nobile uterq; ferat,  
URSULULA & vestros, decies ubi luna renata est,  
Vel Martiniolus LUSIT ET ante pedes.  
LUDITE, dum vobis constat vigor integer et vi,  
Ludendi finem pigra senecta dabit.

S. H. D.



A MA

Id 4206  
8°

ULB Halle  
004 167 287

3



f  
Sb

+90  
SIE. 18 u. 25 nicht in PICA,  
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14  
24. VD 17 Me



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

## FarbKarte #13

